

IOACHIMI

FORTII RINGELBERGII

Antuerpiani Sen-

tentie.

Veneunt apud autorem.

IOACHIMVS FORTIVS  
Ringelbergius Antuer  
pian⁹ Lectori.

SEntentias aliquot non vulgares nec paſſim obuias virtutum vitiorūq; ordine deſcribemus.. Vale.

## PRUDENTIAE.



MNIA prius verbis, quā armis  
experiri sapientem decet. Sicut  
aues ad volatum, equi ad cursum,  
ad seuitiā ferę gignūtur sic homi-  
ni propria est mētis agitatio atq;  
solerṭia. Omnes homines, qui de reb⁹ dubijs  
consultant, ab odio, amicitia, ira, atq; miseri-  
cordia vacuos esse decet, Haud facile anim⁹  
verum prouidet, ybi illa officiunt. Perbeati  
equidem sunt, qui eum tenent vītę cursum,  
vt vel in negotio sine periculo : vel in otio  
cum dignitate versentur. Gr̄c̄is prouerbiū  
est beneficium non esse conferēdum, nec in  
puerum, nec in senem. In hunc, quia perit,  
ante quam gratię referendę detur oportuni-  
tas: in illum, quia non meminit. Maiore glo-  
ria pauca recte aguntur, quam multa leuiter  
et perperam. φοβοῦ δέ μον, ταρπὸν δὲ λα-  
σίνασσα. Nemini crede.

## Fortitudinis.

Ortum viro rum est magis mortem con-  
temnere, quam amare vitā. Virescit vul-  
nere virtus. Virtus fortunabit. Leo ad nulli⁹  
occursum expauescit. Strenua ingenia, quo  
plus recessus sumunt, hoc maiores impetus  
edunt. Nihil tam alte natura constituit, quo

## IOA. FORTII RING.

virtus nō possit enīti. Iulius Cesar dixisse fer-  
tur, prēstantissimos habitos esse omnes, qui  
suas cogitationes altissimis in rebus defixas  
tenuere: imperiūq; quod animo concepissēt,  
ortu Solis & occasu terminauerunt. Non cas-  
pit regnum duos. Fortunę muneribus vten-  
dum nō fidendum est. Fortuna quum blan-  
ditur, tunc vel maxime metuenda. Nihil vir-  
tus in exptū relinquit. Patria est, vbi cūq; vir-  
tus sedem sibi elegerit. Alexander suę dem-  
ptum glorię existimabat, quicquid cessisset  
alienę. Eneruos animos virtus odiſſe solet.  
Ut secūdę res, felicem: magnum certe faciūt  
aduersę. In suo quisq; periculo magnum ha-  
bet animum. Nihil est, quod non assidua me-  
ditatio facillimum reddat. AEqua laus est a  
laudatis laudari et improbari ab improbis.  
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.  
Scitum est, pfecto quiddā, & in medijs malis  
ea quēquā sapere, quę sape est opus. Vtranq;  
fortunā prosperā & aduersam iuxta ferre dis-  
cat, qui animo esse tranquillo cupid. Facile  
supplicium perpeti, supplicio se liberare est.  
Posteriora ad patientiam referūtur, quę for-  
titudinis quoq; species est. Animos demit-  
tunt, atq; in contrarios affectus per trahūt  
sequentes. Arbores magnę diu crescunt vna  
hora extirpātur. Leo nō unquā & minima-  
rum auium pabulum fuit, & ferrum rubigo  
consumit. Nihil tam firmum, cui periculum

## ANT. SENTENTIAE.

non sit etiam ab inualido. Stultum est eorum  
meminisse, propter quem tu obliuisceris.

## Artium & doctrine.

**H**Onos alit artes : omnesque incenduntur  
ad studia gloria: iacentque ea semper, quae  
apud quosque improbatur. Dignum laude virum  
Musa vetat mori. Ut medicina corporeo, ita ani-  
mum curat philosophia. Opes eiusmodi pa-  
rande, quae nauis fracta simul cum domino que-  
ant enatare.

## Laborandum esse.

**M**Οχλεῖν δινάρια τοῦτο θέλοντας εύτυ-  
χεῖν Mala mille molestant affliguntque,  
hominem, cui segne & inutile corpus. Δύσκολα  
τὰ καλὰ. difficilia quae pulchra. τῷ πόνῳ ἀπο-  
μίνεται τύχη. Par est Fortuna labori. Nihil  
tam facile, quin difficile fiat, si inuitus facias.  
Ut valeas, multa ferenda tibi.

## Adolescentię florem cito euanescere.

**M**Εμινθονέος αὐτον, ὃς γέγων ἐστιν ψωτός.  
Cogita iuuenta nihil esse fugaci, quae  
vbi auolarit semel, redit nunquam. Οὐκ αὐτοὶ  
δέργοι ἴωσται ποιῶσθε καλιάτε, οἳ  
Estas nō

## IOA. FORTII RING.

semper fuerit, cōponite nidos. Philostratus  
in epistola quadā cauendū esse prēcipit, ne  
tempus vllum sine fructu abeat, his verbis:  
Ἐσίν ἔαρ καὶ κάλλιθρος ἥρων, δέ μὲν χρηστός  
μενθρος τοῖς παρουσίαις, ἀνόητος, ἐπὶ δὲ μέλι-  
λουσι μέλλωρ, καὶ βραχιάνων ἐπὶ ἀπούσι. φθο-  
νερὸς γὰρ δὲ χρόνος, καὶ τὴν ἀνθευέων ὥραν ἀφα-  
ρίζει, καὶ τὴν κάλλους ἀκμὴν ἀπάγει. Sequun-  
tur vitia, siue perturbat iones, vel adfectus  
aiorū: que Græci πάθη nomināt.

## De voluptate.

**N**emo simul seruire potest voluptatib⁹,  
& virtuti. Vbi voluptatis regnū adest,  
ibi difficile est virtutē cōsistere. Sicut in ex-  
trema inopia positis haud facile est emerge-  
re: ita ὄντι τερῆ copia affluētes, ad voluptatē  
facillime alliciūtur. Min⁹ timet mortē, q̄ mi-  
nus deliciarū nouit ī vita.

Licentia, ignauia, cupido.

**C**vī plus licet, quā par ē: plus vult, quam  
licet. Immodicus libertatis usus, seruitu-  
tis quādoq̄ occasio fuit. Ut mūdo natura  
cursū, Soli lumen ignēq̄, Lunę μεταμόρφωσιν  
aque fluxum, leoni ipetū, grām auro: sic hoī  
videtur ignauia dedisse ac torporē. Tametsi  
prēdictus sit ratione, ea tamē aīal non vtitur.  
Desuetudo pigritiā, pigritia veterū parit.  
Solius temporis auaritia honesta. Diuitiarū  
cupido ibi est, ybi & usus.